



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consti=||tvtionen In Di-||oecesana Synodo
Vvla-||dislaviensi**

Karnkowski, Stanisław

Colonię, 1572

VD16 W 4100

De Concionatoribus. Tit. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62991)

neris terreantur. Videant autem 10.
 vt pro peccatis occultis, secretam:
 pro manifestis verò, publicam pœni- Scff. 24.
ca 8.
 tentiam confitentibus iniungant, vt
 si quos exemplo suo ad malos mores
 prouocârunt, eosdem emendationis
 suę testimonio ad rectam reuocent
 vitã. Nobis tamen licebit, si res posce-
 re videbitur, mutare genus hoc publi-
 cæ pœnitentiæ, in aliud quoduis secre-
 tũ, iuxta sacri Cõc. Tridēt. decretum.

Fœneratorũ, & qui contractib⁹ ini- II
 quis operã dant, peculiarẽ nostri Con-
 fessorij curã gerant, eorumq; cõscien-
 tias verbo Dei, & sceleris magnitudi-
 ne terreãt, nec absoluant, nisi debita Vide cõsti-
tut. Greg.
X. in Cõc.
Lugdunc.
 restitutio aut satisfactio prius inter-
 cedat, & nisi spondeant, se ab hoc tã-
 to scelere, deinceps fore alienos.

TITVLVS III.

De Concionatoribus.

QVoniam in prædicãdo Dei ver-
 bo maxima pars muneris nostri
 versatur: Si Euangelizauero, inquit 1. Cor. 9.
P A V L V S, non est mihi gloria, ne-
 cessitas enim mihi incūbit. Væ enim
 mihi, si nō Euāgelizauero: dabitur à
 nobis

I. nobis opera, vt, quo ad eius fieri pote-
 Sessi 5. c. rit, Deo suam gratiam inspirante, Cō
 & 24. c. 4 ciliij Tridentini præscripto, nos paru-

2. isse, oues nostræ videant. Ad hoc au-
 tem tam diuinum munus exercen-
 dum, quo paruulis doctrinæ panis
 frangitur, infirmorum fides roboratur,
 conscientix vel terrentur profligata,
 vel eriguntur perculsæ: nullū
 absque probatione diligenti, testimo-
 nioque nostro admitti volumus.

3. Quod si quis ingesserit seipsum, no-
 bis inscijs, factum hoc suum non fe-
 ret impunè.

4. Prouidebitur autem à nobis, vt
 qui verbo Dei prædicando fungi de-
 bent, sint tales, quos & pietas, & vitæ
 honestas, & doctrinæ puritas cōmen-
 dent, vtque populum tam lingua,
 quàm exemplo edificent. Pulchrum
 est enim, cūm de Concionatore illud
 dicitur, quod olim de quodam ex ve-
 teribus dictum legimus: Hic est, qui
 quale habet verbum, talem habet &
 vitam. Nam in vita Concionatorū

Euse. li. 6. multum est positum, libentiusq; po-
 ca, 3 Eccle. pulus ea facit, quæ à suis prædicatori-
 hist. bus

bus fieri videt. Quare, dent operam omnes qui hoc munere fungentur, vt eorum vita cum doctrina consentiat. Turpe est enim Doctore, cum à sua culpa redarguitur. Et Apostolus eos qui eiusmodi sunt, acerbè reprehendit. Qui alium, inquit, doces, te ipsum non doces? qui predicās non furandum, furaris? qui dicis non mœchandum, mœcharis? qui abominaris idola, sacrilegium facis? qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras? Itaque meminerint se DEI causam agere, & pro ipso apud populum legatione fungi. Eorum interest, parare viam Domino, rectas facere semitas eius; curare vt sint praua indirecta, & aspera in vias planas, vt homines pœniteant, et credant Euangelio, vt per bona opera certam vocationem suam faciant, & eum quem optant, salutis portum attingant.

Fabulas aniles, sales, scommata, iocos, intermisceri concionibus prohibemus; præstat enim gemere, pectus tundere, suspiria ducere, & plorare populū

5.

Rom. 2.

6.

Marc. 1.
Esa. 40.

7.

Marc. 1.

2. Pet. 1.

8.

Rationē p̄
dicendi ver
bi Dei, vide
in Cō. Late
ran sub Le
one. X. Ses
sio. II.

populum in sacris sermonibus audiendis, quàm risu, cachinnoque solui. immodestas etiam inuectiuas, asperam verborum acrimoniã, probra, conuicia, historias suspectas, legendas parùm probatas, omitti volumus, nec citari obscuros auctores vel ineptos, satis alioqui magnum campum prædicatori suppeditare possunt sacre literæ, & probati Ecclesiæ doctores, nihil vt sit necesse eiusmodi præsidia aliu dè asciscere: ab his nimirum auctoribus, qui rectè collocandi sint in ignobilium scriptorum numero. A miraculis vulgandis, concionatores abstineant quo ad eius fieri potest. Ac si quando vsus venerit, & res, vt aliqua eorū habeatur mentio, postulauerit, sobriè, modesteque id fiat, serueturq; hac in parte Leonis Decimi prohibitio, in Lateranensi Concilio Sessione XI. edita.

Vide Cõe.
Carthag. 3
Cano. 47.

- 9.
- 10
- 11
- Nolumus etiam, vt sint Concionatores nimium & impensè curiosi in hæreticorum argumentis publicè recensendis. Quod si quãdo vsus incidit, vt ea referre sit necesse, dēt operã, vt

vt nō tam longa disputatione, quā
 graui redargutione cōfutantur. Quā
 ad rem, valebit scriptura sacra, Eccle-
 się auctoritas, Conciliorū decreta, pa-
 trum probatorum testimonia, & re-
 cepta longo vsu consuetudo, quam
 nostri maiores pro lege semper habē-
 dam esse duxerunt. Inter concio-
 nandum verò, non quærant popu-
 larem applausum, nec se vulgi iudi-
 cio accommodent. atq; ideo ab om-
 ni fūco, & orationis pigmentis om-
 nibus abstineant. sed grauius & pru-
 denter officio suo fungantur, nihil
 aliud quærentes: quā commodum
 & salutem ouium, quarum pascen-
 darum curam susceperunt. Fiant
 exemplo Pauli, omnibus omnia: o-
 portet enim eos cum pueris pueraf-
 cere, cum rudibus rudiores fieri, alijs
 lac præbere, alijs solidum cibum.

12.

13.

14.

1. Cor. 9.

1. Cor. 3.

15.

Sess. 4. c. 2.

Ruffi. li. 2.

ca. 9. Hist.

Concilium

6. Constāti

nop. ca. 12.

In scripturis verò producendis, nō
 alia vtantur, quā editione vulga-
 ta, earumq; intelligentiam, illorū
 clarissimorum Ecclesię luminum,
 Basilij & Gregorij exemplo, non
 ex priuata præsumptione pessimo
 præce-

præceptore, sed ex maiorum scriptis
 & auctoritate sequantur. Adhibeant
 interpretes probatos Ecclesiæ docto-
 res, vel alios huius temporis expeti-
 16 tores, viros Catholicos. Nullis pror-
 sus vtantur hæreticis, illorumque le-
 ctione, sibi seriò interdictum esse no-
 uerint: impossibile est enim, ex lacu-
 nis, quæ aquam viuam continere nõ
 possunt, salutarem hũc haustum pe-
 17 tere. Nam hæreticorum commen-
 2. Tim. 2. tarij, nõ ad aliud facti videtur, quàm
 ad subuersionem audientium. Quos
 2. Tim. 2. hac ætate nostra non pauci sequuti,
 1. Tim. 6. exciderunt à fide, seque inseruerunt
 2. Tim. 3. doloribus multis, semper discentes,
 & nunquam ad scientiam veritatis
 peruenientes. Quare libros eiusmodi
 18. veluti pestem præsentem omnibus
 Sess. 4. c. 1. modis caueant, eorumque etiam au-
 Dion. li. 1. ditum horreant.
 Eccl. hier. ditum horreant.
 ca. 1. Epip. Hac autem in doctrina, suũ quoq;
 here. 61 cõ & peculiarem locum obtinet tradi-
 tra. apost tio, quæ non est postrema Euangelij
 licos. pars. Quam quò magis fastidiunt hæ-
 Basi. de Spi retici, hõc erit nobis maiore studio
 rit. San. ca. retinenda, cum & Apostolus peram-
 27. 29. bulans
 Act. 15.

bulans Syriam & Ciliciam, custodire
 præcepta Apostolorum & Seniorum
 docuerit: Et Thessalonicenses hor-
 tetur, vt teneant traditiones, quas di-
 dicerint, siue per Epistolam, siue per
 suum sermonem. Quam ob rem ve-
 rè dixit os illud aureum Ioannes Epi-
 scopus Constantinopolis: Traditio
 est, nihil quæras amplius. Et Ieius a-
 qualis Basilius: Te pacatum reddat
 traditio, Dominus ita docuit, Apo-
 stoli prædicârunt, Patres obseruârunt,
 confirmârunt Martyres, sufficiat di-
 cere, Sic edoctus sum. Et item alius:
 Si Christianus es, crede, quod traditū
 est. Sed hîc magna cautione opus est
 prædicatori, ne incertas pro certis, fal-
 sas pro veris, profanas pro sacris, hære-
 ticas pro Apostolicis traditionibus
 amplectatur. Habent enim traditi-
 ones quoque suas hæretici, quibus scū
 nihil nobis commune esse debet. Ex-
 tant autem libri Catholicorum de
 traditionibus Apostolicis conscripti:
 & sunt ex passim obuiæ in scriptis ve-
 terum, vndè, cū respostulauerit,
 certa de illis doctrina sumi potest. Si
 k enim

2. Thess. 2.
 Tertul. li. 2
 ad Vxo. Cy-
 pri. in Ser-
 mo de ab-
 lut. ped. Hi-
 ero. ad Lu-
 ciniū. epist.
 29. & cōtra
 Lucife. De
 finit. 2. Sy-
 nod. Nicę.
 Chryf. ho-
 mi. 4. in 2
 Thessal.
 Basil. in ho-
 mil. contra
 Sabell. &
 Arrium.

19.

Tertul. de
 carne Chri-
 sti.

20

21.

22 enim omnes traditiones (quod velle videtur huius temporis hæretici) respuedas nobis esse existimauerimus, ipsum etiam Euangelium, ad nudum nomen contrahamus necesse est.

TITVLVS IIII.**DE SCHOLIS.**

1 **I**N Scholis rectè instituendis quantum sit positum, docet horum temporum infœlicitas, in quibus hæresum tanta seges, non aliundè, quàm à scholis infectis sumpsit incrementa. Ibi enim instituitur tenera iuuentus, quæ suo tempore tam Ecclesiæ, quàm Reipublicæ, vel vsui futura est, vel incommodo. Et ferè tales euadunt discipuli, quales fuerint præceptores sortiti: vt in multis etiã viris magnis, notata sint non rarò præceptorum vitia. Nam illa puero-
2 exuit, quem recens imbibit. Quam ob rem diligenter per scholasticos Ecclesiarum nostrarum prouideri volumus, vt ea quoq; pars Ecclesię sit integra. Nemo præficiatur scholæ, nisi
3 nostro